



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 67. Scriptum a Franciæ Oratoribus in Congregatione exhibitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. LXVIII.

Sæcul. XVL
A. C. 1562:*Scriptum a Franciæ Oratoribus in
Congregatione exhibitum.*

In eadem Congregatione Franciæ Ora-
tores libellum exhibebant, in quo Pa- *Pallav. c. 13.*
tres ad concedendum Calicis usum
hortabantur, afferentes, quod in rebus
jure solum ecclesiastico statutis, prout
est præfens quæstio, cedendum sit tem-
pori, ne nimia firmitate populo offen-
sionis ansa præbeatur, perinde acsi ho-
minum leges sedulo servaremus, & Dei
præcepta facile negligeremus: his dictis
rogabat Patres, ut decretum ita confi-
cerent, quatenus inde nec juri, vi cuius
Reges Christianissimi in die coronationis
suæ Sacramentum sub utraque specie
sumunt, nec etiam consuetudini, qua
in eodem Regno a nonnullis Ordinis Ci-
sterciensis cœnobiis pari modo Synaxis
recipitur (*) ullum detrimentum ac-
cedat.

Hoc

(*) Hæc eadem verba in priori animad-
versione ex Pallavicino attulimus, proin be-
nevolus Lector ea cum illis, quæ in hoc §.
profert, conferre haud gravetur, & me her-
cle! deprehendet illa adeo esse depravata, ut,
si cuilibet historico ejusmodi libertas indul-
genda

Sæcul. XVI
A.C. 1562.

Hoc libello attoniti hærebant Legati, ut vero incommoda, si hujus rei discussioni insisterent, forte oritura declinarent, inter se convenerunt, nec de concessione, nec de Calicis suppressione mentionem esse faciendam (*).

Postea

genda foret, actum esset de fide historica: Si autem Continuator hæc ex alio probato Scriptore hausit, cur non illum, sed solum Pallavicinum citavit? cur de suo illam hæreticorum næniam, perinde acsi nos plus tribuerimus legibus humanis, quam divinis, inspersit? nonne ex sua loquela manifestum facit, quod Catholicus videri voluerit, ita tamen, ut hæreticis, Libertinis, ac sua ætate jam invalescentibus Religionis contemptoribus placere voluerit.

(*) Rursus haud toleranda est Continuatoris audacia, qua suos Lectores omnes, vel idiotas, vel cæcos suorum verborum idololatrias fore credebat, ut sola Fleurianæ Historiæ continuatæ auctoritate territi indagare minime sint ausuri, an iis, quæ scribit, Historica veritas constet, anve in Scriptoribus a se allegatis ea, quæ narrat, continantur; nisi enim hac opinione præventus fuisset, certe hæc prima verba proferre minime præsumpsisset; timere enim debuisset, ne aliquis Lector Pallavicinum ab ipso eitatum pervolvens fraudem, nequi-

Postea Jacobus Maria Sala, Episco- Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
pus Vivariensis dissuadebat, ne in quo-
dam doctrinæ capite, prout tamen in
exemplo proposito absolute siebat, pro-
duceretur testimonium S. Joannis cap. 6.,
idque ob diversos opinandi modos in-
ter veteres Patres, an vel ibi eſus *corpo-
reus* carnis Christi, qui fit in Euchari-
ſtia, intelligatur, vel *spiritualis*, qui fit in
baptismo, & in iuſſitiae ſuſceptione: ideo
melius fieri putabat, si afferetur nuda
doctrinæ explicatio rationibus haud ve-
ſita, cum ſibi videretur, quod ejusmo-
di

nequitiam, ac Continuatoris falſitatem depre-
hendat, & Pallavicinum ad Franciæ Oratorum
libellum hæc a Legatis fuſſe reſponſa legat:
Reponſum eſt in Decretis paratis eos damnari,
qui neceſſitatem, diuinumque mandatum ſumendi
utramque ſpeciem affirmarent, non item eos, qui
ex veteri privilegio, aut ritu id uſurparent,
nihil tamen in fide ab Ecclesia diſſentientes:
cum non ſit mens Concilii quidquam de iis inno-
vandi, imitantis Innocentium III. in capite po-
ſtremo, tit. de Baptismo.

Quis autem Continuatori fidem adſtruat
narranti, Papæ Legatos ad Franciæ Oratorum
libellum attonitos hæſiſſe: ergo illis ignotum
eſſe potuit privilegium Regum Franciæ, ac
conſuetudo quorumdam Cisterciensium? quod-
nam eſt ergo illud tanti terroris, & admira-
tionis argumentum?

Sæcul. XVI. di allegatæ auctoritates, ac textus non
A.C. 1562. tantum profint definitionibus, quantum
adversarios ad impugnationes incita-
rent. Ceterum quoad quartum Cano-
nem petebat Brixiensis Antistes, ut non so-
lum diceretur, usum Eucharistiæ non esse
necessarium infantibus, sed ipsis etiam in-
terdictum exprimeretur; quandoquidem
rationes, propter quas Calix Laicis popu-
lis prohibebatur, fortius impellerent ad
Sacramentum illud infantibus omnino
prohibendum: non tamen Patribus pla-
cuit communiter hunc usum damnare,
cui favent antiqua primævæ Ecclesiæ
monumenta, quapropter sanctum, ut ex
Patrum sententia ad emendatos hosce
Canones opera impenderetur.

§. LXVIII.

*Archiepiscopus Lancianensis Roma
Tridentum reversus.*

Pallav. c. 8.
a. I. § 4.

Cum Synodus omnibus hisce delibera-
tionibus intenta esset, interim Ar-
chiepiscopus Lancianensis die decima
Julii Roma reversus Pontificis nomine
Patribus significabat, quod Pius IV. a
dissolvendo Concilio longe alienus esset,
imo potius ex adverso, quicquid pio
huic operi ad prosperum exitum de-
ducendo utile esse cognosceret, toto stu-
dio impendere paratus existeret. Insu-
per per eundem Præsulem Pontifex
Patres

